

85

preualebant. Non nūq̄ etiā mixti ex nobilitate & plebe magistratus sumebat usq̄ ad priores artium. Priores maxime gubernandi genus populare fuit. neq̄ tamē ab initio merum. lex enim merentes tantum repellebat. nobilem uō non merentem esse nō uertabat. una fere simul cum prioribus ad tutandum rei p. statū artium signa conuentusq̄ sunt restituta. quo armati ciues cum opus foret concurreret. ac pntem ciuitatis statum si res exigeret tutarent. Iuri autem dicendo in ciuitate duo preerat magistratus alter cum potestate legitima ad cās & iudicia. alter populi defensor. Quia uō contingebat maleficia per nobilitate committi ad quorum punitionē magistratus accedere non audebat qm̄ stipati cateruis suorum nobiles ab ipso q̄ magistratu formidabant. & uexati pulsatiq̄ apparitores frequenter redibant. Sicq̄ iustitia impediēbat. ad eam rem tollendam corrigendamq̄ uexilliferum iustitie creati placuit. Creatus ē igit̄ primū septem annis postq̄ priores artium fuerant constituti. eius electio prioribus commissa tempusq̄ uexillifero iustitie diffinitum ē mensuum duos. Additum ē in lege. ut de plebe diuitaxat legere cum liceret. utq̄ consiliarios haberet quatuor prefectos duos pedites armatos mille e tota plebe uicissim descriptos ex tribu iudehæc feradiana ducentos. totidem ex transfarmna. ex reliquis autem quatuor tribubus singulis centum quinquaginta. Horum descriptio annua erat & quotiens uocant armati adesse ac uexillum iustitie sequi uidebant. Additum ē preterea in lege. ne quis ex nobilitate inter mille pedites legeret. ne impediret ne uerbis minacibus uteret. aduersus transgredientem pena grauius constituta. Vexillifer promere uexillum per legem nō poterat nisi iussu magistratus. nec una cum prioribus tunc habitabat. nec quicq̄ fere aliud